Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 212.

Deest

Cod: CCXCVIII.

Chartac: 4. Lec: 13.

L. 4. 1.

~~Sehl unter Num. obelo II. B~~

1.

Gotfridi Viterbiensis Speculum Regum.

Cum codex noster titulo careat, cum inte, gre ita exhibeo, quemadmodum habetur in Cod ms: Biblioth: Cæsar: Viennensi, nempe: " Speculum Regum, compositum per Magistrum " Gotfridum Viterbiensem Imperialis aulæ Cæ. " sellanum, ad Dominum Hennicum VI. Regem " Romanorum et Theutonicorum, filium Fride, " rici Imperatoris de Geneologia omnium Regum " et Imperatorum Trojanorum et Romanorum " et Theutonicorum a tempore diluvii usque ad " eundem, secundum chronica Venerab: Bedæ Pres, " byteri, et Eusebii et Ambrosii." Halambec: edit: Kollar: Lib: II. col: 575. Speculum præcedit epistola dedicatoria ad Hennicum VI. quæin, cipit in hæc verba". Scientia litterarum o henri, ce omnium regum felicissime". In eadem opus suum Speculum Regum appellat. Inci, pit autem Speculum metrice exaratum:

" Editur arcba canitur noe patriarcha."

Carmina perpetuus sequitur Commentarius prosaicus, quæ simul hisce finiuntur.

" Carolus imperii suscepit in orbe coronam
Cujus et auxilio reparet sua tempora roma
Sicut et in titulis pagina nostra sonat."

In calce Comentarii additur: " Et sic est fi, nis Speculi hujus historialis metrici". Spe, culum igitur nostrum annos Caroli M: non excedit, unde non imperito mutilum esse dixeris: Verum hanc lacunam explere cupi, ens anonymus quidam addidit Chronicum Im, peratorem prosaicum a Carolo magno usque

Chronic: Imper: ad ao 800 - 1439.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 213.

ad annum 1439. Alberto II. Imper. lethalem.
Incipit: " Carolus magnus bipini regis Francorum
" filius a papa Leone sublimatus. " Quis hanc Im-
" peratorum, rerumque ab eis gestarum seriem
texuerit, eruditos, quotquot convalui, latere
videtur. Caterum fabulis non carere deprehen-
" di; de Carolo e. g. dicit: " Hic in Constantino-
" poli sedem imperialem habuit quam de roma
" transtulit - - Postea iterato retransstulit ad
" urbem romanam - - fecit autem carolus om-
" nes litteras alphabeti aureas quamlibet va-
" lentem 100 tib turonensium. i. grossorum, et
" totidem coenobia fundavit quot sunt littere
" alphabeti Et posuit in unoquoque monasterio
" quod fundaverat unam litterarum ex predictis.
" Dum agit de Alberto II. ad annum 1439. Scrip-
" tum est in margine: " tunc ego natus sum in
" die martini "; quod de librario intelligo.

Gotfridus, seu Godfridus Viterbiensis Pres-
byter author Chronici universalis, quod
Pantheon nuncupavit (a) trium Imperato-
rum Capellanus, et Notarius obiit aō 1186.
Vide Caveum Script. eccl. p: 593.

(a) Ab orbe condito usque ad aum 1186.
Vide Pistorii Nidani Script: Germ. T. II.

2.

Caroli IV. Imperatoris Bulla aurea, de qua
jam diximus in Cod: XXXI. n: 8

Caroli IV. Imper: Bulla aurea.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 214.

3.

Antonii Constan, tii de Faro Ele, gia ad Matth: Reg: Hungaria.

Antonii Constantii de Fano Elegia ad Matthiam Regem Hungaria. Inscriptio est: " Serenissimo Hungararum Regi Domino Mathie Antonius Constancius se comendat". Incipit:

" Pannonie armipotens Rex et clarissime gentis
Et decus ac blanci gloria suma patris."

Joann: Pano. nii responsum metricum.

Hanc accipit responsum ita inscriptum: " Johannis Pannonij Episcopi quinque Ecclesiarum ex persona Serenissimi Domini Mathie Regis Hungaronum ad Anthonium Constantium poetam Italicum Responsio". Incipit:

" Non levis aonidum Constanti cura sororum
Qui nos, qui nostrum tollis ad astra patrem."

Antonius Constantius de Fano, sive Farensis scripsit in Fastos Ovidii, et epistolam de camelopardali aº 1487. Fabr: Bibl: m: et i: lat: T. I. p: 124.

4.

Joann: Archiep: Soltanensis Ord. Prædic: liber de notitia mundi.

Inscriptio hujus operis sonat: " Incipit libellus brevis de noticia orbis. et superficiali, ter de gentibus habitantibus in eo de sectis / cerimoniis atque novitatibus ipsarum rū: specialiter que extra ecclesiam catholicam sunt". Incipit: " Quoniam ut in latitudine scripture sacre colligere valui." Complectitur populos Asiæ et Africæ, et maxime sectam Mahumeti. Opus hoc finitur sequentibus: " Hic igitur sit finis hujus opusculi mei Johannis archiepiscopi Soltanensis (a) seu totius orientis fratrum predicatorum compositum anno domini Millesimo CCCC 4º ad

(a) 4º: Soltani, ensis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 215.

noticiam nostrorum orthodoxorum atque docto-
rum fidei qui longe lateque a predictis gentibus
bus nec conversati, nec communicati cum eis
ignorantes novos errores et cerymonias eorum
et ad hujus remedia et ad perfectiam rei memo-
riam ex zelo fidei composui ista pauca de om-
nibus istis supranominatis gentibus que vi-
di que audivi a fide dignis cum quibus ecclia Comuralis
pluribus annis et temporibus cum quibus ei-
am tractavi per disputaciones et veritatem
quesivi et qualiter reducantur ad ovile Do-
mini crebre scire optavi ut ex hoc manifeste-
tur veritas fidei katholice denideatur que
falsitas eorum et ut audientes hec fabulosa ka-
tholici confirmentur in sua veritate scan-
dalizenturque in illorum tali enormitate Item
ut nostri majores excitentur in salutem illo-
rum et pro omnibus predictis curent mittere
predicatores veritatis — — tu igitur lec-
tor prudens hic denota que tibi placent et
arma de scuto fidei et verbo Dei ad confun-
dendum qui extra sunt veritatem confor-
tendi qui intra sunt veritatem et memen-
tote mei dicti in vestris sanctis oracioni-
bus.

Hec integre reddidi tum ob nomen autho-
ris, quod omnes latet, tum ob raritatem ope-
ris, cujus tanquam Codicis ms. mentionem in-
gerit solus Quetifius T. I. p. 749 ex Foleni Bib-
lioth: Pauli Lips: quibus vero author omnino
erat incognitus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 216.



5.

Pauli II de erigendo Episcopatu Viennensi Bulla.

Duae Bullae Pontificiae. Prima Pauli II. de Viennensis ecclesiae cathedralis erectione cum reservatione juris patronatus pro Ducibus Austriae. Incipit: "In supremae dignitatis specula." Estque de anno 1468. 13. Kal. Febr. Habetur in Amplis. Bullar. Collect. Coquelin. T. III. part. III. pag. 127.

Sixti IV Bulla de redditibus Decani Viennensis.

Secunda Sixti IV. qua redditus ecclesiarum in Perchtoldsdorff, et S. Martini conceduntur ecclesiae cathedrali Viennensi ad sustentandum Praepositum Decanum; data 1475. 2. Id. Junij. Pontif. 4to. Hanc typis impressam nondum repeni. Incipit: "Pastoralis officii debitum quo sumus universis ecclesiis orbis obligati.

6

Tract. de excommunicatione cetinterdicto.

Tractatus brevis de excommunicatione, et interdicto. Absque titulo incipit: "Quia materia censurarum plerisque ignota est. Docendorum clericorum causa enodantur variae casus ad excommunicationem, et interdictum spectantes.

7.

Viennens. Academia responsum ad articulos Nürnbergensium.

Inscriptio est: "Responsio deputatorum in causa articulorum dominorum civium Nurenbergensi universitati transmissorum". Articuli, de quibus judicium Theologorum Viennensium rogabant cives Nurnbergenses sunt numero quinque concernentes Ecclesiarum lites cum laicis in judicio componendas. Incipit responsum: "Attendentes primum quare domini cives

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 217.

" Nuerenbergenses in foro conscientiæ et pro
" animarum suarum salute super transmis-
" sis articulis pie petant edoceri". Annino,
sta nulla adjecta est. Simile responsum ex-
shibet Schelhorn in amoenit: litt: T. XI. p. 222.
Sed nostrum non est.

Cod: CCXCIX.

L
4. 2.

Chartac: Fol: Saec: 15.

Francisci de Woyzedorff Sermones de tempore

Rubrica est: " Incipit pars yemalis de tempore
Eximii doctoris Magistri Francisci de Woyze-
sdorff". Verum non hyemalis tantum, sed etiã
æstivalis sermonum pars habetur. Primus
incipit: " Cum appropinquasset Jesus Hie-
srosolymis &c: Hoc Evangelium bis legi-
stur in anno". In calce additur: " Woyze-
sdorffer. De hoc Doctore nusquam aliquid
reperi.

Cod: CCC.

L
5. 2.

Chartac: Fol: Saec: 16.

Joann: Fabri Ep: Vienn: Constitutiones pro Cl: Legio ad S. Nicolaum.

Joannis Fabri Episc: Vienn: Constitutiones,
quas convictoribus ad S. Nicolaum Viennæ
observandas præscripsit. Incipiunt: " Nos
Joannes Fabri Doctor, Dei et sanctæ Apo-
stolicæ sedis Romanæ gratia Episcopus Vi-
ennæ Austriæ. Finiuntur hisce: " Acta et con
stituta sunt hæc in arce nostra ad S. Vitum
supra fluvium Viennam prima die Novem-
bris, qua celebratur festum omnium San-
storum, anno a Christo Jesu nostro nato
millesimo quingentesimo quadragesimo. Octa-
vis vero nostra Sexagesimo Secundo".

Joannes Faber, Ord: Prædic: Episcopus Vi-
ennensis, strenuus fidei contra Lutheri sectam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 298 [heute: Wien ÖNB, Cod. Ser. n. 39086]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27649